

1399 De recepta. De furib. De effract. 1400

DE RECEPTATORIBVS.

PESSIMVM.] CAVS. Crimen receptatorum pessimum est: & reddit rationem, & iubet eos puniri vt latrones. Idem in eis qui poterant capere latronem, & pecunia accepta vel parte rerum subtractarum, eum non ceperunt. FR. ACCVRS.

a ¶ *Latrones.* Imò x. annis a sua terra debẽt exulare, licèt receptus aliter erat puniendus: vt ff. *de abig. l. fi. ff. fi Sol.* ibi speciale in recipiẽte abigeum: hic alium furem. 2. Vel die perinde punitur, non tamen simili pœna: sic ff. *de peri. & commo. rei vend. l. custodia.* & fac. ff. *quod met. cau. l. nec timorẽ.* & *de offi. præfi. l. congruit.* & *de incen. rui. nau. l. iij. §. non tantũ.* & *ad Sil. l. ij. §. si quisquã.* & C. *de his qui latro. l. ij.* & C. *de fabri. l. ij.* & ¶. *de pe. l. Metrodorũ.* & ff. *de fur. l. qui vas. §. qui furem.* & C. *de hære. auth. credentes.* & omnes intellige quãdo fuit sciens. Et ignorantia a præsumitur: vt ff. *de proba. l. verius.* nisi fit notorium b: vt C. *qui & aduer. quos. l. j.*

b ¶ *Acceptã.* aliud si gratis.

c ¶ *Parte.* accepta.

EOS.] CASVS Qui cognatum suum vel adfinem furem conseruauit: minus punitur quàm si extraneum conseruasset. FR.

d ¶ *Recipiunt.* Nor. aliquid c fieri ratione sanguinis, quòd alias non fieret: & sic C. *de cod. l. fi. §. pe.* & *de adul. l. quãuis.* & ¶. *ad l. Iul. re. l. j.* & *de re mil. l. iij. §. fi.* & *l. milites prohibentur. in pr.* & *l. milites agrũ. §. pe.* & ff. *de iniu. l. lex Cor. in prin.* & *de iurisd. om. iud. l. qui iurisdictioni.* Acc.

a Præsumitur ignorãtia, nisi in notoriis.

b Notoriũ tollit ignorantiæ præsumptionem, quæ alias præsumeretur. *Alex. in l. si tutor.* C. *de peri. tu. in Apos. Suis ad Bart.*

c Sanguinis ratione aliquid conceditur.

† Vide Aristo. in pro. par. 18. de his quæ ad mores & ius ciuile pertinẽt. & Victorium Variarum lect. lib. 7. c. 17.

† Phocilides. Αὐξησάτω ἡμῖν ὁ πλοῦτος ἐξ ὁσίης καὶ μὴ ἐξ ἀδικίης. vide Plat. li. 12. leg.

DE FVRIBVS balnearijs.

Facit ff. *de offic. præfect. vrbis. l. pen.*

FVRES.] CASVS. Quæstiones de furibus nocturnis extra ordinẽ cognoscuntur: & puniuntur nõ vltra opus publicum vsq; ad tẽpus. Idem est seruandũ in furibus balnearijs. sed si fures se telo defendãt vel effractores, vel his similes, non tamen percusserũt aliquem, in metallum dãnatur: honestiores autem relegantur. Fures autẽ diurni conueniũtur ciuiliter. & die de hoc vt in Gl. Vltimò dicit miles qui furtum in balneo siue *badstube* fecit, puta vestitum alterius subripuit, remittitur à militia cũ ignominia. & hoc dicit hæc lex cum duab. seq. FR.

e ¶ *Audiendi sunt.* alias *audiendi:* & tunc dic. i. de eis. Vel. si volebant facere aliquam defen-

DE † RECEPTATORIBVS.

TITVLVS XVI.

Latronum occultator & receptator extra ordinem coercetur. Sed & priuata actione ex tit. De incendio, ruina & naufragio, & receptator seruorũ fugitiuorum ex tit. De seruo corrupto & de fugitiuis. & ex Constitutionibus porrigitur etiam pœna extraordinaria ad eos, qui aliorum crimina reos recipiunt dolo malo. CVIAC.

I. MARCIANVS *libro secundo publicorum iudiciorum.*

PESSIMVM genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest: & precipitur vt perinde puniantur, atque latrones a. In pari causa habendi sunt, qui cum deprehendere latrones possent, pecunia accepta b vel subreptorum parte c dimiserunt.

II. PAVLVS *libro singulari de pœnis paganorum.*

EOS apud quos adfinis vel cognatus latro conseruatus est, neque absoluendos, neque seuere admodum puniendos. Non enim par est eorum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt d.

DE FVRIBVS BALNEARIIS †.

TITVLVS XVII.

Quod dixit tit. 1. 2. 11. 12. furtum coerceri extra ordinem, hoc hic tit. verissimum esse comprobat, qui & si conceptus sit de furibus balnearijs, idem tamen censet de furibus nocturnis, qui dormitores sunt Comico, diurni scilicet. Diurni igitur vel interdiarij fures extra ordinem coercentur, sed priuato, forensi, ordinario iudicio in duplum vel quadruplum. At meminisse oportet paulatim omnia iudicia facta fuisse extraordinaria. & cum primum cœpit esse extraordinarium in fures balnearios aut nocturnos, nondum erat etiam extraordinarium in interdiarios. Sed postea placuit de omni furto agi cum inscriptione extra ordinem. Verum enim lenius coercebantur semper interdiarij quam balnearij aut nocturni. Balnearij sunt vestimentorum fures, & inde ille Diogenis iocus in furem balnearium, ἐπαναμμονιὸν ἀλλο ἰμάτιον. inde etiã vsus captiariorum aduersus fures balnearios. l. j. §. vlt. de off. præf. vig. CV.

I. VLPIANVS *libro octauo de officio proconsulis.*

VRES nocturni extra ordinem audiendi sunt e, & causa cognita puniendi: dũmodò sciamus, in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendũ. Idem & in balnearis furibus. Sed si relo se fures defendunt, vel effractores, vel cæteri his similes, nec quemquam percusserunt, metalli pœna, vel honestiores relegationis f adficiendi erunt.

e ¶ *Audiendi sunt.* alias *puniendi.* & tunc plana est.

f ¶ *Relegationis.* pœna.

g *Sed si interdiu.* id est, in die.

h ¶ *Ordinarium.* f. vt ciuiliter agatur in duplum vel quadruplũ: vt ff. *de prin. delit. l. fi. j. resp.* Sed nunquid b etiam diurnus fur poterit accusari de crimine extraordinario? certè sic: vt ff. *de fur. l. fi.* & *d. l. de priu. delit. in fi. sed ideo. h. d.* quia minus punitur: vt arg. ff. *tit. j. l. fi.* sic & alibi est inter eos differentia c: vt ff. *ad leg. Aquil. l. itaque.* & ff. *de fica. l. furem.*

i ¶ *Mitti.* i. remitti à militia.

a Hinc colligunt Regulam qua dicitur nõ posse remitti in causa criminali, locum nõ habere, quoties quis dicit se defensiones non habere. v. *Cyprianus singulari Defensiones.*

*i. actionem dupli aut quadrupli. Græci hoc loco.

b Fur diurnus potest etiam accusari de crimine extraordinario.

c Furis diurni & nocturni differentia.

II. MARCIANVS *libro secundo iudiciorum publicorum.*

SED si interdiu g furtum fecerunt: ad ius *ordinariũ h remittendi sunt.

III. PAVLVS *libro singulari de pœnis militum.*

MILES qui in furto balneario adprehensus est, ignominia mitti i debet.

DE EFFRACTORIBVS & expilatoribus.

TITVLVS XVIII.

Furibus adiunguntur effractores. i. qui effringunt fores carcerum vel domorum, vel qui perfodiunt parietes alienarum ædium vecticularij, & expilatores. i. prædones qui ædes aut villas alienas expugnant qui atrociores fures sunt vel plusquam fures, vt intelligatur hoc etiam extra ordinem puniri. Non ideò tamen minus si quis malit, poterit in eos omnes pecuniariter experiri in duplũ vel quadruplum. Sed & iudicio publico in expilatores & effractores. Verum adiunguntur etiam his sub hoc tit. sacculary, qui ex sacculis alienis suppilant pecunias nescio qua arte, similes sectoribus zonariis siue manticularijs: & derectarij siue apertularij, confectores cardinũ quibus in cænaculis quæ ingrediuntur nihil est tam obseratum, occlusum, obsignatum quod non aperiant. CVI.

I. VLPIANVS *libro 8. de officio Proconsulis.*

DE his qui carcere effracto euaserunt, sumendum suppliciũ diui fratres Æmilio Tironi rescripserunt. Saturninus etiam probat eos qui de carcere eruperunt k, siue effractis foribus l, siue conspiratione cum cæteris qui in eadem custodia erant, capite m puniendos. quod si per negligẽtiam custodũ euaserunt, leniùs puniendos. 1. ¶ Expilatores n, qui sunt atrociores o fures (hoc enim est expilatores) in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari solent: honestiores autem ordine ad tempus moueri, vel fines patriæ iuberi excedere: quibus nulla specialis pœna rescriptis principalibus imposita est. Idcirco causa cognita liberum erit arbitrium p statuendi ei qui cognoscit. 2. ¶ Simili modo & sacculari q & directarij r erunt puniendi, itẽ & effractores s. Sed enim D. Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatóque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa vnde u erat, & vrbe & Italia. Oportebit autem æquè & in effractores & in cæteros suprascriptos causa cognita statui, prout admissum suggerit x: dummodo ne quis in plebeio y operis publici pœnam, vel in honestiore relega-

k ¶ *Eruperunt.* i. qui fugerunt rupto carcere.

l ¶ *Foribus.* i. ostiis domus vbi erat in captiuitate.

m ¶ *Capite.* ad hoc ff. *de custo. re. l. in eos.* & ff. *de re mil. l. milites. ij. §. eruos.*

n ¶ *Expilatores.* hereditatum, & ideo melius staret in tit. seq.

o ¶ *Atrociores.* quã fures, nec enim propriè e sunt fures: vt ff. *de furt. l. hereditaria.* & ff. *tit. j. l. ij.* sed raptores sunt atrocissimi: vt C. *ex qui. caus. infam. irrog. l. si ie.* Acc.

e Effractores impropriè fures dicuntur: & tamen atrociores fures dicuntur hac lege.

p ¶ *Arbitrium.* facit ff. *de pæ. l. hoste.* & ff. *de re deli. l. j. §. aut prætor.*

q ¶ *Sacculary.* Expone vt ff. *de extraor. cri. l. sacculary. in princ.*

r ¶ *Et directarij.* aliàs dictarij ad quæ fa ff. *de extraor. cri. l. sacculary.*

s ¶ *Effractores.* effringitur t vt subripitur: vt hic & ff. effringitur vt euadatur. & tũc maiori pœna: vt ff. *eo. tit. in princ.*

t ¶ *Effracto.* alias *effracto*, alias *perforato.*

u ¶ *Vnde.* ad hoc C. *si seruus expor. ve. l. fi.*

x ¶ *Suggerit.* ad quod ff. *de pœn. l. aut facta. §. qualitate.* ACCVRS.

y ¶ *In plebeio.* non tamen

/ Effringẽs carcerem grauius punitur, quàm qui tabernam effregit, vt ea aliquid furetur.

YY 3

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd3/0712
© Universitätsbibliothek Heidelberg